

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Cogitacio e
cum fontibus primis

Peccata operis tanto cicius cognoscuntur,
quanto exterius uidentur.
Peccata uero cogitationis eo
ad intelligendum sunt difficilia
quo inuisibiliter perpetrantur.

Quia uidelicet
peccata operis tanto citius cognoscuntur,
quanto exterius uidentur;
peccata uero cogitationis eo
ad intellegendum difficilia sunt,
quo inuisibiliter perpetrantur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 11.42
(CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.618, ll.26-29).

Et
tanto lacijs cogitaciones defluunt,
quanto se esse securius estimant
quia foris a reprehensoribus non uidentur.

→

Nam saepe linguam quia immoderatus frenant,
in corde grauius multiloquium tolerant;
ut eo plus cogitaciones in mente ferueant,
quo illas uiolenta custodia indiscreti silentii
angustat. Quae plerumque
← tanto latius defluunt,
quanto se esse securius aestimant,
quia foris a reprehensoribus non uidentur.

Gregorius libro XI. moralium.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.14 (SC
382, F. Rommel ed., p.340, ll.6-11).